



# CERTIOR MODVS EX NON INNITEN- TIBVS TABV- LIS



**D**IVISIO  
2. & 3.  
F. linea  
rectas

**O**DI NON INNITENTES TABVLIS IN signiferi partitione sunt plures. Ex quibus unum certiorem & utiliorum delegimus: bimembrem tamen, quia iam per lineas rectas, iam per circulares aut arcuales negotium partitionis absolvit. Divisio igitur Zodiaci per lineas rectas, sit in hunc modum: D. sp. o. sitis æquatore, Zodiaco, & alijs circulis, ut prædictum. Primum polum Zodiaci septentrionalis, tanq; fundamentum huius operationis inuestigabimus, hoc pacto. a puncto. n. æquatoris & principij Arietis uersus. k. supputetur maxima solis declinatio, & fini adiiciatur nota. o. deinde iungatur. o. cum. L. puncto æquatoris: & initio Libræ per lineam rectam, & seindet diametrum Zodiaci in punto p. erit igitur. p. polus unus Zodiaci in plano. Polo igitur Zodiaci. p. reperto, ad datur una pars regulæ iustæ, & alia ad singulas æquatoris divisiones, incipiendo ab. n. & transeundo uersus. m. & ubi regula intersecat lineam eclipticam, siant nos tæ subtileæ & occultæ: & per hunc modum ecliptica diuiditur in omnes gradus facillime: & potest primo diuidi (ut assolet) in 12. signa: & postea quodlibet signum in 6. partes: & tandem quilibet pars in. 5. Post hæc iungatur regula centro. e. & notis occultis eclipticæ: & ducantur lineaæ manifeste pro integris signis, partibus signorum & gradibus singularibus, quemadmodum supra in primo modo mos nuimus, & patebit Zodiacus diuisus secundum omnem præcisionem, quod fuit optatum.

Primus modus non innitentes tabulæ.  
De Diuisione Zodiaci.  
Inuentio Poli Zodiaci.

Diuisione 12. signorum.



## HARVM RERVM HANC SVME IMAGINEM

C. 15